

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio  
Missæ, ...

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1667**

Concl. III. Sacmentum Eucharistiæ Christus instituit post lotionem  
pedum sub cœnâ usuali, si illam adhibuerit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](#)

Pauci ergo Rabini, qui ante quingentos annos scriperunt, & illius translationis meminunt, utpote nullius nominis & auctoritatis, nequeunt his probatis & antiquis Auctoibus prevalere.

Nec obstat, quod Joannis 19. v. 31. de illo Sabbatho, quod immediate subfequebatur mortem Christi, dicitur: *Erat enim magnus dies ille sabbathi, puta propter concurrens festum diei primae Azymorum.* Non obstat, inquam; quia *Dies ille*, non refert Sabbathum unum aliquod singulare, sed universum omne Sabbathum Iudaorum, quod singulis septimanis occurrerat, & magnum erat apud Iudeos, utpote in quo nequidem poterant coquere cibos, quod tamen in aliis diebus festis erat licetum.

Colligo ex contextu: *Iudei ergo, quoniam Parafase erat (id est, dies præparationis, qui generaliter præcedebat omne Sabbathum septimanæ) ut non remanerent in cruce corpora Sabbatho (scriptum siquidem non ignorabant Deuter. 21. v. 22. & 23. Quando peccaverit homo, quod morte plectendum est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadaver eius in ligno, sed in eadem die sepeletur. Et quamquam id fieri potuisse, etiam incepit solemnitate Sabbathi, utpote nullâ lege prohibitus, equidem indecens videbatur) erat enim magnus dies ille sabbathi (qui universum singulis hebdomadibus particulari requie, etiam à coquendis cibis, celebrabatur) rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura & tollerentur.* Ecce qualiter locus ille Joannis in nullo præjudicet communis sententiae.

Reliquis, quæ fore ab aliquibus adhuc possent objici, arbitror supercedendum, quia minoris momenti, vel in precedentibus soluta, aut certè ex illis facilè solubilia.

Finio, & iteratò affirmo, Christum instituisse Eucharistiam ad finem lunæ 14. mensis Nisan, quando juxta legis præscriptum, etiam à cæteris isto anno obseruatū necessarium, Agnum Paschalem comedérat.

Si autem à me queritur, an ante, an vero post lotionem pedum; sub cœna legali, an vero sub usuali? Réspondeo ciuitate:

### CONCLUSIO III.

Sacramentum Eucharistie Christus instituit post lotionem pedum sub cœna usuali, si illam adhibuerit.

**A**ddo hanc limitationem; quia aliquibus non videtur adeò certum, quod Christus præter cœnam legalem, adhibuerit etiam usulam: nam agnus annulus appetit ipsis abunde-

sufficisse pro cœna tredecim, aut circiter, personarum; quod si quid deficeret, id tam parum forte fuit, ut non esset opera premium idcirco novam cœnam inchoare, sed posset instar appendicis cœnae legali anneti.

præter legā-  
lēm adhuc  
duicere esse  
nam ulius  
leni.

Verum cum natura unius hominis pluribus indigat ad sui latiæ atque nutritionem, quam alterius; neque nobis laus constet, imò planè ignota sit indigentia. Apostolorum pro isto tempore; si liceat conjecturari, cum fuerint omnes fortis viribus, corpore valido, ac robusto, aliqui pescatores, alii aliis laboribus assueti, credendum est, pluribus indiguisse, quam uno agno annulo forte parvæ quantitatis, idque non solum per modum appendicis, sed etiam per modum nove cœnae, in magnis familiis aliorum Iudeorum, secundum communem sententiam, usitate.

Ceterum, ut ad propositum veniamus, sive Christas illâ nocte unam simpliciter celebaret cœnam, sive cum aliqua appendice, sive duplice integrum, seu etiam triplicem, secundum diversas Doctorum opiniones, sive verius, conjecturas, imprimitis probabilius apparer, Eucharistiam suisse institutam post lotionem pedum, utpote quam, communi calculo Sanctorum Patrum, adhibuit Christus præcepit ad significandam munditiam animæ, necessariam ad fructuosam perceptionem hujus Sacramenti. Planè ergo conveniens erat, quod post illam Sacramentum institueret, & sumendum Apostolis porrigeret.

Sanè postquam lavit pedes eorum, iterum recubuisse Christum, apertus est textus Joannis 13. v. 12. Postquam ergo lavit pedes eorum, & accepit vestimenta sua, cum recubuisse iterum &c. Ad quid, nisi ut cœnantiibus Discipulis accepere panem, benedicter, ac frangeret? Cœnantiibus eis (utique post lotionem pedum) accepit Iesus panem & beneditum, ac frigit, deditq; Discipulis suis, & ait: *Accipite & comedite, hoc est corpus meum &c.* Matth. 26. v. 26.

Et Euangelista Marcus cap. 14. v. 18. ait: *Et discubantibus eis, & manducantibus, ait Iesus: Mar. 14. Amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me, qui manducat meum.* Versu autem 22. *Et manducantibus illis accepit Iesus panem, & benedicens frigit &c.*

Sanctus vero Lucas postquam cap. 22. v. 19. & 20. enarravit institutionem Sacramenti. v. 21. subiungit: *Verumtamen ecce manus tradentis me, Luc. 22. mecum est in mensa.* Porro signum proditoris à Christo datum suisse post lotionem pedum, manifestum est ex Joannis cap. 13. Cùm enim absolute lotione iterum recubuisse cum duodecim, dixit eis v. 12. *Sicutis quid fecerim vobis?* Et Iean. 13. post pauca v. 21. *Amen amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me.*

Cumque Joannes recumbens supra pectus Jesu, eum interrogasset: *Domine quis est?* Respondit Iesus: *Hic est, cui ego in initium panem por-*

*texero.*

B 3

præter legā-  
lēm adhuc  
duicere esse  
nam ulius  
leni.

Eucharistia  
institutam  
post lotionem  
pedum

Probatur  
auctoritate  
Scripturae.  
Iean. 13.

Matth. 26.

Neque hinc  
sententia  
prædictar  
est Joan  
dus 13. v. 21.

non  
ecclæ  
gauit

An intin-  
sus panis  
datus Iude  
fuerit Eu-  
charistia,  
dubitatur.

rexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iude Simonis Iscarioti v. 26. Sive jam ille panis, seu buccella, ut vocatur versu sequenti, fuerit Sacra Eucharistia, ut aliqui videntur insinuare, sive potius simplex buccella communis panis, ut verisimilius est, & videntur expresa sententia Divi Augustini tract. 62. in Joannem, ibi: Non autem, ut putant quidam negligenter loquentes, tunc Iudas Christi Corpus accepit: intelligendum est enim, quod iam omnibus eis distribuerat Dominus Sacramentum Corporis & Sanguinis sui; ubi & ipse Iudas erat, sicut sanctus Lucas evidenter narrat (loco supra citato, addito verlu 14). Et cum sa-  
eta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo) ac deinde ad hoc ventum est, ubi secundum nar-  
rationem Ioannis, apertissimum Dominus per buccellam tintam atque per rectam suum exprimit traditorem. Ergo secundum Doctorem Sanctum haec buccella non fuit Eucharistia, quoniam certum est, Apostolos non nisi semel in ultima cena com-  
municasse.

47.

Idecirco dum eodem loco, & alibi contra-  
rium videtur significare, intelligi debet non  
aliud voluisse, quam vel paulo ante Christum  
Iudam communicasse, vel certe quod per in-  
tinctum illam panem significata fuerit facta ejus  
Communio, juxta haec verba, que immediate  
superioribus subnectit: *Fortassis per panis tintio-*  
*nem illius significans fictionem: non enim omnia qua-*  
*tinguntur, ablinuntur, sed ut inserviant nonnulla*  
*tinguntur.*

Equidem Iudam interfuisse lotioni pedum,  
sat's significant verba Salvatoris Joannis 13.  
v. 10. & 11. *Et vos mundi effis, sed non omnes.*  
Sciebat enim quisnam esset, qui traduceret eum: prop-  
terea dixit: *Non effis mundi omnes.*

Cum ceteris quoque Apostolis interfuisse  
institutioni Eucharistici Sacramenti, ipsumque  
acepisse bonum malum mai' non dijudicans  
Corpus Domini, communior & verior est opinio  
Divi Augustini supra, & alibi, ex eviden-  
tissimo testimonio Sancti Lucae.

Quin & alii Evangelisti narrant Christum  
cum duodecim discubuisse, Matth. cap. 26.  
v. 20. Vespere autem facto discumbebat cum duodeci-  
m Discipulis. Et Marci cap. 14. v. 17. & 18.  
Vespere autem facto venit cum duodecim. Et discum-  
bentibus eius & manducantibus. Consonat Ecclesia  
in Hymno dicens: *Cibam turba duodenam se dat suis  
manibus.* Ex in Sequentia: *Turba fratrum duodenam  
datu[m] non ambigitur.*

Ex his facile colliges, in omni rigore & pro-  
prietate intelligi posse verba Joann. cap. 13. v. 30.  
Cum ergo accepisset ille (Judas) buccellam, exiit  
continuo, id est, absque ulla mora, ut communi-  
niter exponunt Sancti Patres; usque enim ad  
illam horam Christus sustinuit Iudam, & ver-  
bis ac factis procuravit, ut resipisceret: ex tunc  
vero, quia jam indignè communicaverat, &  
semper magis obdurabatur, post signum proditoris à Christo exhibitum, scilicet porrectionem

Putat S. Au-  
gust. quod  
non.

Joan. 13.  
Judas inter-  
fuit lotioni  
pedum,

& institu-  
tioni Eu-  
charistie,

Matt. 26.

Marc. 14.

48.

Joan. 13.

panis intincti, Introivit in eum Satanas, Joannis 13. v. 27. ut sibi iam traditum (verbis sunt Divi Augustini tract. 62. in Joannem) plenus p[ro]f. s. Augst. deret, in quem prius intraverat ut deciperet, neque enim non in illo erat, quando p[ro]cessit ad Iudeos, & de preio tradendi Dominum pacis ej[us], cum hoc aperte-  
tissime Lucas Evangelista testetur, & dicat: Intra-  
vit autem Satanas in Iudam, qui cognomina-  
batur Icariores unum de duodecim, & abiit,  
& locutus est cum Principibus Sacerdotum. Ecce ubi offenditur quod iam intraverat Satanas in  
Iudam. Pr[em]ius ergo intraverat immutando in cor eius cogitationem, quā traderet Christū: talis enim iam  
venerat ad coramandum; nunc autem post panem in-  
travit in eum, non ad hoc ut alienum tentaret, sed ut  
proprium possideret. Et ideo vehementius à De-  
mone instigatus, statim nullā interpositā morā  
ad Christum tradendum exiit. H[oc] pro prima  
parte Conclusionis.

Pro secunda suppono tamquam certum, Eu-  
charistiam institutam post concessionem lega-  
tum seu ceremoniale Agni. Ita Clemens V.  
in Concilio Vienensi, & refertur Clementinā  
uniā de Reliq. & Vener. SS. ibi: *Sumptuosa* &  
*magnificum* *sunt Corporis & Sanguinis Sacra-  
mentum.*

Clarissime Tridentinum less. 22. cap. i. ibi:  
Nam celebrato veteri Pascha, quod in memoriam  
exitus de Egypto multitudine filiorum Israhel immola-  
bat, novum institutum Pascha sepsum ab Ecclesia per  
Sacerdotes sub signis visibilibus immolandum &c.  
Idem exprimit Ecclesia in Hymno cantans:  
Post Agnum typicum expletis epis, Corpus Domini  
datum Discipulis.

His accedit Divus Augustinus Epistolā 118.  
& p[ro]nitur de Confess. dilt. 2. cap. 54. Liquidū,  
inquit, apparet quando primā accepérunt Discipuli  
Corpus & Sanguinem Domini, non esse accepisse ie-  
minus. Et post pauca: *Namq[ue] Salvator, quod ve-  
hementius commendaret mysteriū illius altitudinem, uli-  
tum hoc valuit infigere cordibus & memoris Discipu-  
lorum, à quibus ad Passione digressurus erat.*

Hoc supposito, remanet controversia; an in  
eadem cena fuerit Eucharistia instituta, an in  
diversa, an in principio cena usualis, an in  
potius in medio, seu circa finem? Ut autem di-  
cam, quod sentio, inherendo proprietati ver-  
borum Sacrae Paginæ, videtur mihi longe pro-  
babilius, Sacramentum hoc institutum fuisse à  
Christo in fine ultimæ cœnæ, que recumbe-  
do servabantur, sive fuerit eadem cum legali,  
sive (quod verius apparet) distincta, & succe-  
dens, que usualis appellatur, & solita erat fieri  
in magnis familiis, ut ante diximus, quibus  
unus agnus non sufficiebat explendere omnium  
fami.

Profecto de hac cena propriissimum sine ullo  
incommodo intelligitur illud Joannis 13. v. 4.  
*Surgit à cena, Christus, & ponit vestimenta sua.* Joan. 13.  
Quippe, ut mox audivimus, discumbendo seu  
recum-

49.  
Q[uod] conti-  
git post co-  
missionem  
legalem te-  
ste Clemē-  
te V.

& Concil.  
Tridentino.

& Divis Au-  
gustinas

50.

Probabilis  
in fine ultimæ  
cœnæ,  
qui erat  
usualis

Sect. I. De Instit. & Essent. Eucharist. Concl. 3. 15

recumbendo mos erat apud Judæos prandere communiter, & cenare.

Porro Agnum Paschalem sic præceptum erat sed. 12. comedere Exodi 12. v. 11. *Renes vestros accingitis, & calcamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter. Quodquid autem illud mandatum non tantum debeat intelligi de prima manducatione, factâ in pro-*

*cinctu ex exitu ex Aegypto, ut quidam volunt, colligo ex eodem cap. Exodi vers. 25. Cuncti introierint terram, quam Dominus daturus est robis, ut pollicitus est, observabitis ceremonias istas.*

Scio coniectudine contrarium potuisse induci; sed argumentum certum illius consuetudinis ubi inveniam? Et esto sedendo manducaverint: non est verisimile, Christum hanc cenam, quæ erat Sacramentum & Sacrificium veteris Legis, interrupisse per actionem aliquam nullatenus ad illam ceremoniam pertinentem: nullibi enim legitur Judæos ante fsum Agni solitos fuisse lavare pedes manducantium, bene ante communionem seu usitalem mensam, dicente Christo, ac notante Phariseum, qui ipsum in-  
Lxx. 7. vitaverat Lucæ 7. v. 44. *Intravi in domum tuam, quam pedibus meis non dedisti.*

Quod si quispiam contendat Christum post fsum Agni statim surrexisse, lavatis pedes, & iterum recubuisse ad candem mensam jam instrutam alii cibis, ac coenantibus Apostolis circa finem instituisse Eucharistiam, si verum est, quod sedendo, sive recumbendo Agnum Paschalem manducaverit, non habeo quod opponam: sed quia hoc incertum est; planum autem sedendo aut discubendo sumpsisse cenam usitalem, ex hypothesi quod sumperit; ideo, sicut à principio dixi, magis congruit proprietati verborum, ut per coenam Joannis 13. accipiat usitatus, in cuius fine, iuxta illud Joannis ibidem v. 2. *Et cena facta (ab Apostolis quidem moraliter; à Christo autem plenè) surrexit, & lavit pedes Discipulorum, rursumque recubuit, ut narrat idem Apostolus eodem cap. v. 12. Postquam ergo lavit pedes Discipulorum, & accepti vestimenta sua, cum recubuisse iterum; coenantibus eis, ut habetur Matth. cap. 26. seu ut Mar. cap. 14. versu 22. Manducantibus illis, id est, Apostolus adhuc aliquid subinde ori im- gerentibus, accepti Iesu panem &c. Similiter & cedacem (ait Luc. cap. 22. v. 20.) postquam canavit ipse, intellige de perfecta cena.*

Et ideo calice propinato, cùm ex eo omnes Apostoli bibissent, statim subiungit apud Matt. supra v. 29. *Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitiis, usque in diem illum, cùm illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei. Et Marci supra v. 21. *Amen dico vobis, quia iam non bibam de hoc genimine vitiis, usque in diem illum, quo bibam illud novum in regno Dei.**

Enimvero mensam non fuisse omnino absolutam; sed Apostolos interdum adhuc aliquid comedisse, cibis nondum è mensa ablatis, faci-

eriam innuit Joannes supra v. 26. *Et cùm intinxisset Iesu panem, dedit Iude Simonis Eusebiorum 13. quem supra ostendimus communicasse ex manibus Christi cum ceteris Apostolis, & post Communionem accepisse buccellam, intinctam utique juseculo, adhuc in mensa existenti, sive illam comederit, sive non, secundum diversas opiniones.*

Ecce brevibus verbis institutio hujus Augustissimi Sacramenti facta in fine coenæ usitatis, ex suppositione, quod ea fuerit exhibita. Nec video quid contra eam efficaciter objici posset.

Equidem quemadmodum ipsa cena usitatis incerta est, ita quoque tempus, & hora institutionis: similiter tempus lotionis pedum, quod aliqui collocant inter coenam legalem, & usitatem hanc nondum inceptam, sed tantum preparata: & eodem tempore intermedio existimat institutam Eucharistiam.

Si illis objicias ly *Surgit à cena:* Respondent primò, per coenam intelligi posse ceremoniam; Judæos siquidem solitos fuisse modo ordinario sumere Agnum Paschalem. Vel si hoc minus placet,

Respondent secundò; sensum esse posse: relinquit coenam, seu recedit à cena, vel mensa, quod narratur per verbum *Surgit*, eò quod surgendo ille recessus ordinariè fiebat, sicut ipsa cena recumbendo. Et consequenter per ly *Recubuerit*, intelligent quamcumque existentiam in mensa, sive stando, sive sedendo, sive discubendo; quia ordinariè recumbendo ce�nabatur. Urde etiam hodie retinetur idem modus loquendi, dicuntur quippe homines accumbare mensæ, quando tamen non accumbitur, sed affuderit mensa, idque propter morem Antiquorum, à quibus accepimus vocem.

His ita disputatis de tempore institutionis; queritur primò, in quo præcisè consistat essentia hujus Sacramenti. Quæstio parvum utilis, speculativa magis, quam practica, portiùs de significato nominis, quam de re: & ideo non multum immoror.

Consentient omnes Catholici, Eucharistiam in factu esse, non ex solis speciebus panis & vini constare, neque ex solo Corpore ac Sanguine Christi; sed ex utriusque simul.

Secundò; nemo dubitat, quin Eucharistia in fieri requirat substantiam panis ac vini; verba quoque Consecrationis à legitimo ministro cum debita intentione prolatæ, hoc est, Consecrationem, seu actionem transubstantiativam.

Tertiò; concorditer docent, hoc Sacramentum non conferre gratiam sanctificantem ante realem sui mandationem. Atque isthac de re. Controversiam autem nominis sic breviter resolvo.

CON-

52.

53.

54.